

SCRIPTA

Numéro Scripta : 146

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 505 / ARTEM 2687

Auteur(s) : Hugues d'Ivry, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1020-1030]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues, évêque de Bayeux, fils du comte Raoul, concède à la demande de son chevalier Raoul, devenu moine à l'abbaye, la terre de Rouvray ainsi que la rivière de l'Eure, avec libre passage depuis l'entrée de la vallée jusqu'à la sortie de Fontaine.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 27 (2).

Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 45.

b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° VIII, t. 1, p. 20-23.

c. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 3.

Indications

Loth Julien (Abbé), *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Pierre de Jumièges*, par un religieux bénédictin de la congrégation de Saint Maur, Rouen, Métérie (Société de l'histoire de Normandie), 1882-1885, 3 vol., t. 1, p. 188. Bauduin Pierre, *La première Normandie (Xe-XIe siècles). Sur les frontières de la haute Normandie, identité et construction d'une principauté*, Caen, Presses universitaires de Caen (Bibliothèque du Pôle universitaire normand), 2004, p. 207-208.

Dissertation critique

Datation proposée par J.-J. Vernier.

Au dos, d'une écriture du XIIIe siècle : « Littera Hugonis, Baiocensis episcopi et Rodulfi quondam comitis filii, qui ecclesie Gemmeticensi dedit terram que vocatur Rovrai sitam juxta fluvium Eure cum integritate tam in ecclesia quam in silvis, terris quoque cultis et incultis ; dedit Arture (sic) fluvium et transitum ejus liberum a theloneo tam de rebus propriis quam de suis omnibus hominibus per illud commeantibus a confinio vallis usque ad terminum ville que Fontanas dicitur. »

Texte établi d'après b

Divinæ scripturæ nobis ad paradisi sedem, de qua per primi parentis lapsum decidimus, remeandi iter ostendunt, quatinus, dum vivimus, bona operari studeamus et ex his, quæ nobis Dei omnipotentis miseratio bonis contulit, suorum fidelium indigentiam relevare non onerosum sit ; namque ibi thesauros nostros recondere jubemur ubi erugo et tinea quæ demoliri eos possint penitus non inveniuntur. Quod tunc denique fit cum ex bonis a Deo nobis attributis pauperum inopiam reficimus aut æcclesiis Dei ea perpetim possidenda contradimus. Quod ego Hugo, Baiocassinæ urbis episcopus et Rodulfi quondam comitis filius, mentis industria revolvens, et presentis seculi gloriam, si pro ea æterna vita negligitur, non nisi ad nostrum interitum profuturam considerans, notum volo fore tam presentibus quam futuris quod quidam meus miles vehementer michi carissimus, nomine Rodulfus, cuncta moderantis Dei motus instinctu, spretis secularibus pompis, monachilem habitum Gemmetico suscepit. Qui postea me adgressus, petiit ut quandam terram, quam, in seculo positus, ex meo jure hereditario tenuerat, tam pro meæ animæ compendio quam pro innumeris sui obsequii laboribus, Deo sanctoque Petro, cui se devoverat, contraderem ; quæ terra vulgo vocitatur Rovrensis prope Auturæ fluvium sita. Cujus petitionibus libenter aurem accommodans, cum integritate eam tam in æcclesia quam in silvis, terris quoque cultis et incultis, ad usus servorum Dei sancto Petro in Gemmetico solutam ac liberam a cunctis secularibus legibus tradidi possidendam. Dedi ætiam Auturæ fluvium et transitum ejus liberum a teloneo tam de propriis rebus quam de omnibus suis hominibus per illud comitantibus a confinio vallis usque ad terminum villæ quæ Fontanas dicitur. Pro qua re a monachis loci illius equum unum magni pretii accepi. Quam vero donationem si furiosus quisquam diabolicæ nequitiae veneno tumens quoquo conamine ausu temerario infringere presumpserit, pontificali anathemate excommunicatus persistat et a sanctorum omnium cætu semotus, cum illis dampnetur qui dixerunt Domino : recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus ; et sicut Dathan et Abiron viventes terra absorbuit, sic gehennalibus averni cruciatibus perenniter multetur cum diabolo urendus. Et ut hæc cuncta perpetim firma permaneant, manu propria subterfirmavi meisque fidelibus hæc æadem firmanda tradidi.

Signum † Hugonis, Baiocassinæ urbis episcopi. Signum † Tedoldi, capellani ejus. † Signum Herberti militis. Signum Rainaldi de Gratapantia †. Signum Grentonis †.